

Alte Drucke

**M. T. CICE=||RONIS EPISTO-||LAE AD COMPLVRES ||
SCRIPTAE, QVAS VVLGO || FAMILIARES APPEL=||LARVNT, ||
CVM ARGVMENTIS GI-||berti Longolij, editæ || DE ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1566

VD16 ZV 30873

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM LIBER AD TERENTIAM, VXOREM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149860

M. T. C. ALLIENO PROCON-
SVLI S. P. D.

352

ET te scire arbitror, quanti fecerim C. Auiantum
Flaccum: & ego ex ipso audieram optimo &
gratissimo homine, quam a te liberaliter esset tracta-
tus. Bius filios dignissimos illo patre, meosq; necessa-
rios, quos ego unice diligo, commendo tibi sic, ut ma-
iore studio nullos commendare possim. C. Auianus in
sicilia est. Marcus est nobiscum. Vt illius dignitatem
presentis ornes, rem utriusq; defendas, te rogo. Hoc
mihi gratius in ista prouincia facere nihil potes. Idq;
ut facias, te uehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

80

MARCI TVLLII
CICERONIS EPISTOLARVM
LIBER AD TERENCEM,
VXOREM.

M. T. C. TERENCE, ET TVL-
LIAB, ET CICERONI,
SVIS S. P. D.

353

Literis multorum & sermone
omnium perfertur ad me incre-
dibilem tuam uirtutem & for-
titudinem esse, teque nec animi
nec corporis laboribus defatiga-
ri. Me miserum, te ista uirtu-
te, fide, probitate, humanitate,
in tantas arumnas propter me incidisse. Tullio
f 5 lam

1

lamq; nostram, ex quo patre tantas uoluptates capiebat, ex eo tantos percipere luctus: Nam quid ego de Cicerone dicam? qui cum primum sapere cepit, acerbissimos dolores, miseriaq; percepit. Quae si, ut tu scribis, fato facta putarem, ferrem paulo facilius: sed omnia sunt mea culpa commissa, qui ab ijs me amari putabam, qui inuidebant: eos non sequebar, qui petebant. Quod si nostris consilijs usi essemus, neq; apud nos tantum ualuisset sermo aut stultorum amicorum aut improborum, beatissimi uiueremus. nunc quando sperare nos amici iubent, dabo operam, ne mea ualutudo tuo labori desit. Res quanta sit, intelligo quantoq; fueris facilius manere domi, quam redire. sed tamen si omneis tribunos plebis habemus, si Lentulum tam studiosum, quam uidetur, si uero etiam Pompeium & Caesarem, non est desperandum. De familiis, quomodo placuisse amicis scribis, faciemus. De loco nunc quidem iam abiit pestilentia, sed quamdiu fuit, me non attigit. Plancus homo officiosissimus me cupit esse secum, & adhuc retinet. Ego uolebam loco magis deserto esse in Epiro, quo neq; Hypo ueniret, nec milites: sed adhuc Plancus me retinet, sperat posse fieri, ut mecum in Italiam decedat. Quem ego diem si uidero, & si in uestrum complexum uenero, ac si & uos & meipsum recuperaro, satis magnum mihi fructum uidebor percepisse, & uestrae pietatis & meae. Pisonis humanitas, uirtus, amor in omneis nos tantus est, ut nihil supra possit esse. Utinam ea res ei uoluptati sit: gloriae quidem uideo fore. D. Q. fratre nihil ego te accusaui: sed uos, cum praesertim tam pauci sitis, uolui esse quam coniunctissimos. Quibus me uolui

laisti agere gratias, egi, & a me te certiores factū
esse scripsi. Quod ad me mea Terentia scribis, te uicū
uendituram: quid obsecro te (me miserum) quid futu-
rum est? Et si nos premet eadem fortuna, quid puero
misero fiet? Non queo reliqua scribere (tāta uis lacri-
marum est) ne te in eundem fletum adducam. Tantum
scribo, si erunt in officio amici, pecunia non deerit: si
non erunt, tu efficere tua pecunia nō poteris. Per for-
tunas miseras nostras uide, ne puerum perditum pera-
damus. Cui si aliquid erit, ne egeat mediocri uirtute
opus est & mediocri fortuna, ut cætera cōsequatur.
Fac ualeas, et ad me tabellarios mittas, ut sciam quid
agatur, & uos quid agatis. Mibi omnino iam breuis
expectatio est. Tulliolæ & Ciceroni salutem dic. Va-
lete. Datum ante diem VI. Cal. Decemb. Dyrrachij.
Dyrrachium ueni, quod et libera ciuitas est, & in me
officiosa, & proxima Italiæ. Sed si offendet me loci
celebritas, alio me cōferam, & ad te scribam.

M. T. C. TER. ET TVLL. ET

CICERONI SVIS S. P. D. 354

Noli putare me ad quenquam longiores epistolas
scribere, nisi si q̄s plura ad me scripsit, cui puto
rescribi oportere. Ne c enim habeo q̄ scribā, nec hoc
tēpore quicquā difficilius facio. Ad te uero & ad no-
strā Tulliolā nō queo sine plurimis lacrimis scribere
Vos enim uideo esse miserrimas, quas ego beatissimas
semper esse uolui, idq̄ præstare debui, et nisi tam timidi
fuissēmus, p̄stitissem. Pisonem nostrū merito eius amo-
plurimū. Eum, ut potui, p̄ literas cohortatus sum, gra-
tiasq̄ egi, ut debui. In nouis trib. pleb. intelligo sp̄e te
habes

habere id erit firmum, si Pompeij uoluntas erit: sed Crassum tamen metuo. A te quidem omnia fieri fortissime & amantissime uideo, nec miror: sed mero casum eiusmodi, ut tantis tuis miserijs meae miseria subleuentur. Nam ad me P. Valerius homo officiosus scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Vestae ad tabulam Valeriam ducta esses: Hem mea lux, meum desiderium, unde omnes operam petere solebant, te nunc mea Terentia sic uexari, sic iacere in lacrimis & sordibus: idque fieri mea culpa, qui ceteros seruauimus, ut nos periremus? Quod de domino scribis, hoc est, de area, ego uero tibi denique mihi uidebor restitutus, si illa erit nobis restituta. Verum haec non sunt in nostra manu, illud doleo, quae impensa facienda est, in eius partem miseram & dispoliam tam uenire. Quod si conficitur negotium, omnia consequemur: sin eadem nos fortuna premet, etiamne reliquias tuas misera projicies? Obsecro te mea uita, quod ad sumtum attinet, sine alios, qui possunt, si modo uolunt, sustinere: & ualitudinem istam infirmam si me amas, noli uexare. Nam mihi ante oculos dies noctesque uersaris. Omneis labores te excipere uideo, tamen meo ut sustineas, sed uideo in te esse omnia. Quare ut id, quod spero, & quod agis, consequamur, serui ualitudini. Ego ad quos scribam, nescio, nisi aut ad eos qui ad me scribunt, aut ad eos, de quibus ad me uos aliquid scribitis. Longius, quoniam uobis ita placet, non discedam: sed uelim quam saepissime literas mittatis, praesertim si quid est firmitus, quo speremus. Valete mea desideria, ualete. Datum ad III. Non. Octobris, Thessalonicae.

M. T. C. TER. ET TVL. ET

CIC. SVIS S. P. D.

355

Accepi ab Aristocrito treis epistolas, quas ego lacrimis prope deleui. Conficior enim mærore, mea Terentia, nec me meæ miseræ magis excruciant, quam tuæ uestræq;. Ego autem hoc miserior sum, quam tu, quæ es miserrima, quod ipsa calamitas cõmunis est utrisq; nostrum: sed culpa mea propria est. Meum fuit officium uel legatione uitare periculum, uel diligentia & copijs resistere, uel cadere fortiter: hoc miserior, turpius, indignius nobis nihil fuit. Quare cū dolore conficior, tum etiam pudore. Pu-
det. n. me uxori meæ optimæ, suauissimis liberis uir-
tutem & diligentia non præstitisse. Nam mihi an-
te oculos dies noctesq; uersatur squallor uester &
mæror, & infirmitas ualetudinis tuæ. spes autem salu-
tis pertenuis ostenditur. Inimici sunt multi, inuidi pe-
ne omnes. Eijcere nos magnum fuit, excludere fa-
cile. Sed tamen quā diu uos eritis in spe, non defici-
am, ne omnia mea culpa cecidisse uideantur. Ut tuto
sim, quod laboras, id mihi nunc facilimū est: quem
etiam inimici uolunt uiuere in tantis miserijs. Ego ta-
men faciā, quæ præcipis. Amicis quibus uoluisti, egi
gratias, & eas literas Desippo dedi, meq; de eorum
officio scripsi a te certiore esse factum. Pisonem no-
strū mirifico esse studio in nos & officio, & ego per-
spicio & omnes prædicant. Dij faxint, ut tali ge-
nero mihi præsentī tecū simul & cum liberis nostris
fui liceat. Nunc spes reliqua est in nouis Trib. pleb.
& in primis quidem diebus. Nam si inueterarit, actū
est. Ea re ad te statim Aristocritum misi, ut ad me

COM.

continuo initia rerum, & rationem totius negotij
 posses scribere, et si Desippo quoque ita imperavi, sta-
 tim ut recurreret, & ad fratrem misi, ut crebro te
 bellarios mitteret, nam ego eo nomine sum Dyrrachij
 hoc tempore, ut quam celerrime, quid agatur audie-
 am & sim tuto. Cuius enim hæc semper a me desina-
 sa est. Cum inimici nostri uenire dicentur, tum in Epis-
 rum ibo. Quod scribis, si uelim, te ad me uenturam:
 Ego uere cum sciam magnam partem istius oneris ab
 te sustineri, te isthic esse uolo. Si perficitis quod agi-
 tis, me ad uos uenire oportet: sin autem, sed nihil est
 opus reliqua scribere. Ex primis aut ad summum se-
 cundis literis tuis constituere poterimus, quid nobis
 faciendum sit. Tu modo ad me uelim omnia diligenti-
 sime perscribas: et si magis iam rem, quam literas de-
 beo expectare. Cura ut ualeas, & ita tibi persuadeas,
 mihi te carius nihil esse, nec unquam fuisse. Vale mea
 Terentia, quam ego uidere uideor, itaque debitor la-
 crimis. Pridie Calend. Decemb. Dyrrachij.

M. T. C. TER. ET TVL. ET

356

CIC. SVIS S. P. D.

4
EGo minus sæpe ad uos do literas, quam possum,
 propterea quod cum omnia mihi tempora sunt mi-
 sera, tum uero cum aut scribo ad uos aut uestras lego,
 conficior lacrimis sic, ut ferre non possim. Quod uti-
 nam minus uitæ cupidus fuisset, certe nihil, aut non
 multum in uita mali uidissemus. Quod si nos ad alia
 quam alicuius commodi aliquando recuperandi spem
 fortuna reseruauit, minus est erratum a uobis: sin hæc
 mala fixa sunt, ego uero te quamprimū mea uita cu-
 pio

pio uidere, & in tuo complexu emori: quando neq;
Dij, quos tu castissime coluisti, neq; homines, quos en-
go seruauī semper, nobis gratiam retulerunt. Nos
Brundisij apud M. Lemnium Flaccum dies XIII. fui-
mus utrum optimum, qui periculum fortunarum &
capitis sui pro mea salute neglexit: neq; legis impro-
bissimæ pœna deductus est, quo minus hospitij & ami-
citiae ius officiumq; præstaret. Huic utinam aliquan-
do gratiam referre possimus. Habebimus quidem sem-
per. Brundisio profecti sumus ad V. Calen. May: per
Macedoniam Cizicum petebamus, O me perditum, o
me afflictum, quid nunc rogem te ut uenias, mulierem
egram, & corpore & animo confectā? non rogem?
sine te igitur sim? Opinor, sic agam: si est spes no-
stri reditus, eam confirmes & rem adiuues: sin, ut
ego metuo, transactum est: quoquo modo potes, ad
me fac uenias. Vnum hoc scito, si te habeo, non mihi
uidebor plane periisse. Sed quid de Tulliola mea fiet?
iam id uos uidete, mihi deest consilium. Sed certe quo-
quo modo se res habebit, illius misellæ & matrimo-
nio & famæ seruiendum est. Quid Cicero meus, quid
aget? Iste uero sit in sinu semper, & complexu meo.
Non quo iam plura scribere, impedit mœror: Tu
quid egeris nescio, utrum aliquid teneas, an, quod me
tuo, plane sis spoliata. Pisonem ut scribis, spero fore
semper nostrum. De familia liberata nihil est, quod
te moueat. Primum, tuis ita promissum est, te facturū
esse, ut quisq; esset meritis. Est autem in officio adhuc
Orpheus: præterea magnopere nemo cæterorum ser-
uorum. Et caussa est, ut si res a nobis abesset, liberti no-
stri essent, si obtinere potuissent, sin ad nos pertine-
rent,

rent, seruirent: præterquam oppido pauci. Sed hæc
 minora sunt. Tu quod me hortaris, ut animo sim ma-
 gno, & spem habeam recuperandæ salutis: id uelim
 sit eiusmodi, ut recte sperare possimus. nunc miser qua-
 do tuas iam literas accipiam? quis ad me perferet? quas
 ego expectassem Brundisij, si esset licitum per nautas,
 qui tempestatem prætermittere noluerunt. Quod re-
 liquum est, sustenta te mea Terentia, ut potes. bone-
 stissime uiuimus, floruius, non uicium nostrum, sed
 uirtus nostra nos afflixit: peccatum est nullum, nisi
 quod non una animam cum ornamentis amisimus. Sed
 si hoc fuit liberis nostris gratius, nos uiuere: cætera
 quanquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego qui te
 confirmo, ipse me non possum. Clodium Philætarum,
 quod ualeitudine impediabatur oculorum, remisi, bo-
 minem fidelem. Sallustius officio uincet omnes. Pesa-
 cennius est perbeneuolus nobis, quem semper spero ui-
 fore obseruantem. Sicca dixerat, se mecum fore, sed
 Brundisio discessit. Cura, quoad potes, ut ualeas: &
 sic existimes, uehementius me tua miseria quam mea
 commoueri. Mea Terentia fidißima atque optima u-
 xor, & mea carissîma filiola, & spes reliqua nostra
 Cicero, ualete. Pridie Calend. May. Brundisio.

M. T. C. TEREN. ET TVLL.

357

SVIS S. P. D.

Si tu & Tullia lux nostra ualetis, ego & suauissi-
 mus Cicero ualemus. Pridie Idus Octobris Athesi-
 nas uenimus, cum sane diuersis uentis usi essemus, taro-
 deque & incommode nauigassemus. De nauis excentis-
 bus nobis Achastus cum literis præsto fuit uno & uis-
 gesimo

gesimo die sane strenue. Accepi tuas literas, quibus intellexi te uereri, ne superiores mihi redditæ nõ essent. Omnes sunt redditæ, diligentissimeq; a te perscripta omnia; idq; mihi gratissimũ fuit. Neq; sum admiratus hanc epistolam, quam Achastus attulit, breuem fuisse. iam enim me ipsum expectas, siue nos ipsos, qui quidem quamprimum ad uos uenire cupimus: etsi in quam Rempub. uenimus, intelligo. cognoui enim ex multorum amicorũ literis, quas attulit Achastus, ad arma rem spectare: ut mihi, cum uenero, dissimulare non liceat; quid sentiam. Sed quando subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam, ut ueniamus, quo facilius de tota re deliberemus. Tu uelim, quod cõmodo ualeitudinis tuæ fiat, quam longissime poteris, obuiam nobis properes. De hæreditate Prætiana, quæ quidem mihi magno dolori est (ualde enim illum amaui) hoc uelim cures: si auctio ante meum aduentum fiet, ut Pomponius, aut, si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet. Nos cum uenerimus, reliqua per nos agemus. Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis ut hoc ita fiat. Nos, si dii nos adiunabunt, circiter Idus Nouemb. in Italia speramus fore. Vos mea suauissima & optatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, curate ut ualeatis. Athenis, ad XV. Calend. Nouemb.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D.

358

NEc sæpe est, cui literas demus: nec rem habemus nullam, quam scribere uelimus. Ex tuis literis, quas proxime accepi, cognoui prædium nullum uenire potuisse. Quare uideas uelim, quomodo satisfiat

g

ei

ei, cui scis me satisfieri uelle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollucem, si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. Cura ut ualeas, Idibus Quintil. Vale.

M. T. C. TERENTIAE

359

S. P. D.

7 **O**Mnes molestias & solitudines, quib. et te miserrimā habui, id quod mihi molestissimum est Tulliolamq; quæ nobis nostra uita dulcior est, deposui & eieci. Quid causæ autem fuerit, postridie intellexi, quam a uobis discessi. *τολὼν ἀνέστη* noctu eieci statim. Ita sum leuatus, ut Deus mihi aliquis medicinam fecisse uideatur. Cui quidem tu Deo, quem admodum soles, pie & caste satisfacias, id est, Apollini & Aesculapio. Naum spero nos ualde bonam habere: in eam simulatq; conscendi, hæc scripsi. Deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas, quib. te & Tulliolam nostram diligentissime cōmendabo. Cohortarer uos, quo animo fortiores essetis, nisi uos fortiores cognoscerem, quam quenquam uirum. Et tamen eiusmodi spero negocia esse, ut & uos isthic commodissime sperem esse, & me aliquando cum similibus nostri Rempub. defensurum. Tu primum ualeatū dīnē tuam uelim cures: deinde tibi si uidebitur, nullis ijs utare, quæ longissime aberunt a militibus. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si anno na carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etia atq; etiam uale. Datum III. Idus Iunij.

M. T.

M. T. C. TERENCE

S. P. D.

360

Si uales bene est, ego ualeo. Valetudinem tuam uelim cures diligentissime. Nam mihi scriptum est nunciatum est, te in febrim subito incisisse. Quod celeriter me fecisti de Cæsaris literis certior, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit noui, facies ut sciam. Cura ut ualeas. Vale. Datum III. Nonas Iunias.

M. T. C. TERENCE

S. P. D.

361

Ad cæteras meas miseras accessit dolor et Dolor bellæ ualetudine et Tullie: omnino de omnibus rebus nec quid consilij capiam, nec quid faciam, scio. Tu uelim tuam et Tullie ualetudinem cures. Vale.

M. T. C. TERENCE

S. P. D.

362

Quid fieri placeret, scripsi ad Pomponium scribis, quam oportuit. Cum eo si locuta eris, intelliges quid fieri uelim. Apertius scribi, quando ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re, et de cæteris rebus quam primum uelim nobis literas mittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. VII. Idus Quintil.

M. T. C. TERENCE

S. P. D.

363

Si uales, bene est, ego ualeo. Tullia nostra uenit ad me pridie Idus Iunij, cuius summa uirtute et singulari humanitate, grauiore etiam sum dolore affectus, nostra factum esse negligentia, ut longe alia in for-

g

2

tuna

tuna esset, atq; eius pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæsarem mittere, & cum eo Cn. Salustium. Si profectus erit, faciam te certiozem. Valeitudinem tuam diligenter cura. Vale. XIII. Calend. Quintil.

M. T. C. TERENTIAE

364

S. P. D.

12

Quod nos in Italiam saluos uenisse gaudes, perpetuo gaudeas uelim. Sed perturbati dolore animi magnisq; iniurijs, metuo ne id consilij ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quare, quantum potes, adiua. Quid autem possis, mihi in mentem non uenit. In uiam quod te des hoc tempore, nihil est: & longum est iter, & non tutum, & non uideo quid prodesse possis, si ueneris. Vale. Datum pridie Nonas Nouemb. Brundisij.

M. T. C. TERENTIAE

365

S. P. D.

13

Quod scripsi ad te proximis literis de nuncio remittendo, quæ sit istius uis hoc tempore, & quæ cōcitatio multitudinis, ignoro. Si metuendus iratus est, quies tamen ab illo nascetur fortasse. Totum iudicabis, quale sit, & quod in miserrimis rebus mihi me miserum putabis, id facies. Vale. VII. Idus Quint.

TVLLIUS TERENTIAE, ET PATER
TVLLIOLAE DVABVS ANIMIS SV-
IS: ET CICERO MATRI OPTI-
MAE, ET SVAVISSIMAE
SORORI S. D.

366

Si

Si uos ualeatis, nos ualemus. Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit uobis faciendum. Si ille Romam modestè uenturus est, rectè in præsentiā domi esse potestis. Sin homo amens deripiendam urbē laturus est, uereor, ut Dolabella ipse satis uobis prodesse possit. Etiam illud metuo, ne iam intercludamini ut cum uelitis exire, non liceat. Reliquum est, quod ipse optime cōsiderabitis, uestri similes fœminæ sint ne Romæ. Si enim non sunt, uidendum est, ut honeste nos esse possitis. Quomodocunq; nūc res se habet (modo ut hæc uobis loca tenere liceat) bellissime uel mecū uel in nostris prædijs esse poteritis. Etiam illud uerendum est, ne breui tempore fames in urbe sit. His de rebus uelim cum Pomponio, cū Camillo, cum quibus uobis uidebitur, consideretis: ad summā, animo forti sitis. Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat etiam Piso, quod ab urbe discedit, et sceleris condemnat generum suum. Vos meæ carissimæ animæ quam sapissime ad me scribite, et uos quid agatis, et quid istic agatur. Quintus pater et filius et Rufus uobis salutem dicunt. Valete. VIII. Calend. Quintil. Minturnis.

M. T. C. TERENTIAE SVAE

S. P. D.

367

Si uales, bene est, ego ualeo. Constitueramus ut ad te ante scripseram, obuiā Ciceronē Cæsari mitte- res, sed mutauimus consiliū, quia de illius aduētū nihil audiebamus. De cæteris reb. etsi nihil erat noui, tamē qd uelimus, et qd hoc tēpore putemus opus esse, ex Sicilia poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecū tenco. Valetudinem tuā cura diligenter. Vale. XII. Cal. Quinti.

g 3

M. T.

470 M. T. C. EPIST. FAM.

M. T. C. TERENCEIAE SVAE

S. P. D.

368

16
presentiores
SI uales bene est, ego ualeo. Et si eiusmodi temporum nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut a te literarum expectem, aut ipse ad te scribam: tamen nescio quomodo et ipse uestras literas expecto, et scribo ad uos cum habeo, qui ferat. Volumnia debuit te officiosior esse quam fuit, et id ipsum, quod facit potuit diligentius facere et cautius: quanquam alia sunt, quae magis curemus, magisque doleamus, quae me ita conficiunt, ut ij uoluerunt, qui me de mea sententia detruxerunt. Cura ut ualeas.

369 M. T. C. TERENCEIAE S. D.

17
SI quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id et pluribus uerbis, et saepius. Nunc quae sunt negotia, uides. Ego autem quomodo sim affectus, ex Leptra et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam et Tulliae ualitudinem cures. Vale.

M. T. C. TERENCEIAE ET TVL

370

LIOLAE SVIS S. P. D.

18
Considerandum uobis etiam atque etiam animae meae diligenter puto, quid faciatis. Roma ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. Id non solum meum consilium est, sed etiam uestrum. Mibi ueniunt in mentem haec: Roma uos esse tuto posse per Dolabellam: eamque rem posse nobis adiumento esse, si qua uis, aut si quae rapina fieri coeperint. Sed rursus illud me mouet, quod uideo omnes bonos abesse Roma, et eos minus licet

heres suas secum habere. Hæc autem regio, in qua ego sum, nostrorum est tum oppidorum, tum etiam prædiorum: ut & multum esse mecum, & cum abieritis, commodè etiam in nostris prædijs esse possitis. Mihi non plane satis constat adhuc, utrum sit melius. Vos uidete quid aliæ faciant isto loco scæminæ: & ne, cum uelitis, exire non liceat, id uelim diligenter etiā utiq; etiam uobiscum, & cum amicis consideretis. Domus ut propugnacula & præsidium habeat Philotia meo dicetis. Et uelim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas a uobis literas accipiam. Maxime autem date operam, ut ualeatis, si nos uultis amare. Officio Calend. Feb. Formijs.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D.

371

IN maximis meis doloribus excruciat me ualetudo Tulliae nostræ. De qua nihil est quod ad te plura scribam, tibi enim æque magnæ curæ esse certo scio. Quod me propius uultis accedere, uideo ita esse faciendum: etiam ante fecissem, sed me multa impediunt quæ ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio expecto literas, quas ad me quam primum perferendas cures uelim. Da operam ut ualeas.

M. T. C. TERENTIAE.

S. P. D.

372

IN Tusculanum nos uenturos putamus aut Nonis, aut postridie, ibi fac, ut sint omnia parata, plureis enim fortasse nobiscum erunt, et, ut arbitror, diutius ibi commorabimur. Labrum si in balneo nō est, fac ut sit, item cætera quæ sunt ad uitum & ualetudinem necessaria. Vale. IIII. Calend. Octob. de Venusino.

8 4

M.T.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D.

373

 $\frac{1}{2}$ 21

Si uales, bene est, ego ualeo. Da operam, ut con-
ualescas: quod opus erit, ut res, tempusq; postu-
lat, prouideas, atq; administres: & ad me de omnibus
rebus, quam sæpißime literas mittas. Vale.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D.

274

 $\frac{1}{1}$

Si uales, bene est, ego ualeo. Nos quotidie tabella-
rios uestros expectamus, qui si uenerint, fortasse
erimus certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusq;
te statim certiozem. Valetudinem tuam cura diligen-
ter. Vale. Calend. Septemb.

M. T. C. TERENTIAE.

S. P. D.

375

23

Si uales, bene est, ego ualeo. Redditæ mihi iam
 tandem sunt a Cæsare literæ satis liberales: &
 ipse opinione celerius uenturus esse dicitur. Cui utrū
 obuiam procedam, an hic eum expectem, cum consti-
 tuero, faciam te certiozem. Tabellarios mihi uelim
 quam primum remittas. Valetudinem tuam cura dis-
 ligenter. Vale. Prædie Idus Sexti.

M. T. C. TERENTIAE

S. P. D.

376

 $\frac{1}{4}$

Si uales, bene est, ego ualeo. Nos neque de Cæsaris
 aduentu, neq; de literis, quas Philotimus habere
 dicitur, quicquam adhuc certi habemus. Si quid erit
 certi, faciam te statim certiozem. Valetudinem tuam
 fac ut cures. Vale. III. Idus Sextil.

MAR